

Sancti Damiani. et omnium sanctorum. quorum sollemni
hodie in conspectu tue maiestatis. re-
bratur. domine deus noster tota in diem terrarum
omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
contendas. ut in omnibus protectionibus tue rem-
niamur auxilio. **I**n eundem christum dominum nostrum.
Ante igitur oblationem servitutis nostre
cuncte familie tue. **Q**uesumus domine. ut pla-
cipias. dies quoque nostros in tua pace di-
as. atque ab eterna damnatione nos tri-
lectorum tuorum iubeas grege numerari. **P**
dominum nostrum. **Q**uia oblationem tuam iuris
omnibus que. benedicta. **A**ssumpta. **A**
rationabilem. acceptabilem que face-
meris. ut nobis. corpus. **E**t sanguis. **A**
delectissimum filij tui domini nostri ihesu christi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Bd.

48.

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ

ΑΔ

STVDIOSAM IV-
VENTVTEM IN A-
CAD. IVLIA,

P.P.

ΦΕΣΤΟ ΤΩΝ ΘΕΟΦΑΝΙΩΝ.



HELMÆSTADĪ,

Typis heredum IACOBI LVCI,

Annoclc̄l̄c̄XXIII.

STVDIOSA M IV
VENTVM IN A
CADILLA
T. P.
fate rna oration

HIMARAD
TOM IV
M. C. C. C. C.



PRORECTOR ET SENA-
tus Academiae Iuliae

CIVIBVS SVIS S.

Dies redit, quo magnum supra quam dici aut cogitari potest mysterium celebrat Ecclesia. Veteres nunc Γενεθλια, nunc Θεοφάνια dixere. Γενεθλια, ait S. Gregorius Theologus, ἡ γενναία τοῦ Σωτῆρα, eò quo natus illo die sit Salvator, Θεοφάνια δὲ ἡ φανῆναι τοῦ Θεοῦ, quòd Deus tum apparuerit. Et verò captum omnem longissimè exsuperat, Deum ipsum manifestatum esse in carne, & Verbum illud, quod à principio erat, quosq; cæli ipsi firmati sunt, tabernaculum corporis nostri portare. Nunquam fuit, cùm ille non esset qui hodie & heri est, & in omnem æternitatem; nec minùs tamen in tempore nascitur, ac sine sui mutatione esse incipit, quod antè non erat: fit ille per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, quod factum est: imo is, qui erat in forma Dei, non est arbitratus rapinam, esse æqualem Deo, sed exinani vit semet ipsum, & formam servi hodie induit. Prævaricatione sua procul à Deo semetipsum submoverat homo: hunc ut ad Deum reducere ipse Dei Filius ad homines venit, & homo factus est; Filius, inquam, ille unigenitus Patris, ille splendor gloria, & character personæ ipsius, qui, ut Pater ipse, omnia virtute suâ sustinet, & paucis, Deus ille benedictus, & Verbum Deus. Hæc est illa οἰκονομία, quâ in plenitudine temporis Deo summatim omnia in Christo placuit recolligere tum quæ in cælis, tum

*Int. Nativ.
civ. an. 4.
veter.*

Orat in Na
tivit.

hinc myst.
Pfalm. 32.
Ioan. 1.

Hebr. 13.

Philip. 2.

Heb. 1.

R. m. 9.
Ephel. 1.



1. Pet. 1.

tum quæ in terra erant: hæc illa salus, de qua exquisi-
verunt, & quam scrutati sunt Prophetæ, qui de ventura in
nos gratia prophetarunt: hæc deniq; illa annunciata per e-
os, qui nobis evangelizarunt, in quæ etiam Angeli intro-

1. Cor. 2.

spicere gestiunt. Vnde & sapientia est non huius seculi,
nec principum seculi istius, qui abolentur, sed sapientia
Dei in mysterio abscondita, quam caro & sanguis non re-

Matth. 16.

velant, sed ipse Pater, qui in cælis est. Ne ergo rimare
hæc quisquis es, sed magis admirare & in scripturis vene-
rare: cogita vt inter Hebræos & Ægyptios nubes olim
intererat, ita inter nos & Deum caliginem & crassiti-

Gregor.

Naz. de

Theolog.

em mentis nostræ intercedere, vt quantulumcunq; cogni-
tionis rerum tam sublimiū ad nos per venire potest, tenuis
tantum rivulus sit & ortus ab ingenti lumine splendor
exiguus. Quod qui non considerarent, naufragium fidei
fecerunt semper multi, & nulla quidem in re, atq; in ista,
plures. Non agnoscunt diuinitatem Verbi incarnati

Artemon, Theodotus, Sabellius, Paulus Samosatenus,
Aëtius, Marcellus, Photinus; non humanitatem Simon,
Menander, Marcion, Valentinus, Basilides, Bardesanes,
Cerdon, Manes; Arius verò, Eunomius & omnes Ano-
moei & Exucontij diuinitatem etiam creatam fingunt.

Nestorius porrò ne ipsum Dominum gloriæ crucifixum
fateatur, Filium Dei à Filio Mariæ discriminat: quem
errorem vt declinent Apolinarius & Eutyches, hic deita-
tem cum humanitate confundit, ille corpus Christi animâ
rationali privat, eiq; diuinitatem substituit. Nempe cum

irre-

irreuerenter tam audua tractarent alij in aliū scopulū im-
pegerunt, & maiestatis profani scrutatores ita oppressi
sunt à gloria vt veritatem fidei cum simplicitate perde-
rent. Ne ergo istorum vestigijs, imò precipitijs, insista-
mus, sed tantum Sacramentum cum horrore addiscamus.
Soli Mofi olim nubem intrare concedebatur, nec is tamen
aliud nisi tergum Dei unquam vidit. Ei si siquis Aaron
est, sese adjungat ac propè assistat sanè, sed boni consulat
etiamsi ei extra nubem manendum sit. Si quis autem
Nadab est, aut Abiud, aut ex senum consilio, ascendat il-
le quidem, sed ita, vt pro purgationis modo procul absistat.
Quod si quis est vnus ex multis, & tam arduæ rerū contē-
plationis incapacibus, is si planè immundus est, ne quidem
accedat, cum sit res periculo coniuncta: sin leuiter purga-
tus, ad montis radices subsistat, tantumq; vocem ac tubam
nuda pietatis verba sonantem audiat, montemq; fuman-
tem, & fulgure coruscantem aspiciat, rem sc. malum mi-
nantem, & stupescendam ijs, quibus non est fas adscende-
re. Quod si deniq; quis bellua noxia & intractabilis est,
& ideo omninò contemplatione doctrinaq; tam sublimi
indignus, ne malitiosè ac nequiter quasi in lustra se abdat,
vt vel doctrinae nonnihil, vel verbum aliquod nactus subi-
to profiliat, sumaq; cum injuria rectè tradita discerpat: quī
procul absistat & recedat à monte, cæteroqui lapidatione
comminuetur, ac malus malè peribit. Quare ante omnia
hoc tempore sic existimemus, ad tam ardua contēplanda &
percipienda deuotissima mente & purissima vita primum

Proverb 24

Exod. 19.

Gregor. 9.
rat. cit.

Naz. cont.
Eunom.

Pract. 1. 2.

Rom. 13.

2. Tim. 2.

2. Pet. 1.

gradum fieri, nec illa esse tā vilia, ut in quemuis cæno vitio-
rum vltro semet immergentem cadant, aut animi & vo-
luptatis causâ tractentur, aut deniq; post delicias, post ven-
tris, & eorum quæ infra ventrem sunt, occupationes men-
tem subeant. Credamus procul à vera agnitione Salva-
toris & deuota veneratione Incarnationis eos abesse qui ita
eam discere tentant, ut vinctis manibus linguas postea
arment, & ipsa mysteria materiam contendendi faciant,
qui non exercent hospitalitatem, non fraternum amorem,
non admirantur caritatem conjugalem, non virginitatem,
non alendi pauperes studium, non sacrorum hymnorum
cantiones, aut nocturnas excubias, qui non lachrymis &
jejunijs corporis insolentiam reprimunt, non precibus
ad Deum quasi peregrinantur, non præstantiori in nobis
parti deteriore subijciunt, pulverem, inquam, spiritui,
qui iram intumescentem non cicurant, non animi elatio-
nem aut voluptatem coërcent, non motus oculorum in-
compositos, non insatiabilem audiendi & modo carentem
loquendi aut absurda cogitandi libidinem refrænant. Quin
ex Paulli præscripto id præcipuum putabimus isto die
esse, ut noctem processisse & diem appropinquare memi-
nerimus, ut opera tenebrarum abijciamus & ipso illo recens
nato Domino Iesu Christo induamur. Vnde alibi idem
clamat, ut abscedat ab iniustitia quisquis vel nominat no-
men Iesu: & B. Petrus hos veræ agnitionis Christi gra-
dus facit, ut prima sit fides, cui dein te adijciatur Virtus,
& Virtuti demum succedat notitia. Imò ipsam notitiam
illam

illam parere vult continentiam, & hanc tolerantiam, cuius porro soboles sit pietas, pietatis amor fraternus, & huius caritas. Negat insuper, quenquam, nisi eo modo, fructum agnitionis Christi percepturum. Hæc, ciues optimi, cum ad Christianos cunctos spectent, & hoc tempore nemini non expendenda sint, maximè tamen nobis, qui optima studia colimus, in mentem venire imò penitus ei infigi debent. Ita demum futurum est, ut ritè celebremus *τὸ Θεοφάνεια* & mysterium tantum, quatenus id hîc fieri potest & ad salutem sufficit, cognoscamus. Quin hac fini reuelatū est: ad id enim illuxit gratia illa salutifera omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegata impietate, & mundanis cupiditatibus, **TEMPERANTER, IUSTE** & **PIE** viuamus in præsentî seculo, expectantes beatam illam spem & illustrem adventum gloriæ magni illius Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, qui ideò semetipsum dedit pro nobis, ut redimeret nos **AB OMNI INIQUITATE,** & **PURIFICARET** sibi ipsi populum peculiarem **ACCENSVM STUDIO BONORVM OPERVM.** Absit itaq; ut his diebus vestrum quisquam frenos intemperantiæ laxet, gulæ aut libidini se mancipet, aut petulantia & proteruitate vllum signum edat. Contra autem ita statuete, ea ipsa de causa Filium Dei apparuisse ut quidquid est istorum operum diaboli dissolueret & tum 1. Ioan. 3. gratia sua, tum exemplo à vitæ erroribus & flagitijs nos retraheret. Quod quidem & natiuitate, & vita tota, & ipsa etiam morte quàm sedulo fecerit, præclare explicantem

Lib. de ver.
relig. cap.
16.

*tc̄m audite Augustinũ. Satellites voluptatum diuitias,
inquit ille, populi appetebant, ipse pauper esse voluit, im-
perijs inhiabant, rex fieri noluit, contumelias superbissi-
mè horrebant, omne genus contumeliarum sustinuit: in-
jurias intolerabiles esse arbitrabantur, quæ maior injuria,
quàm justum innocentemq̃ damnari? dolores corporis exe-
crabantur, flagellatus atq; cruciatus est: mori metuebant,
morte mulctatus est: ignominiosissimum mortis genus cru-
cẽ putabant, crucifixus est. Vno verbo, omnia quæ habere
cupientes non rectè viuimus, ipse carendo vilia fecit, vt
nullum peccatum iam committi possit, nisi dum appetũtur
ea quæ ille contempsit, aut fugiuntur, quæ ille sustinuit.
Hæc vobiscum reputate, & in animum demittite, atq; ad
rem conferte; ita possidebitis spiritum Christi & æternum
eius eritis. Faxit id ipse iste Immanuel, qui cum Patre
& Sancto illo Spiritu sit benedictus in secula. P. P.
Helmstadi V III. Kal. Ianuar. anni finientis*

MDCCXXIII,




V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumis pro ecclesia tua sancta catholica
innumis custodie. adiuuare. et regere
innumis toto orbe terrarum. una cum familia tua
innumis. Rege. innumis **S** innumis nostris **S** et omnibus
innumis orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumis. **M** innumis dñe famulorum famularum
innumis tuarum. **S** et omnium circumstantium quorum
innumis fides cognita est. et nota deuotio pro quibus
innumis tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumis sacrificium laudis pro se suis et omnibus pro
innumis ratione animarum suarum. pro spe salutis. et
innumis incommunitatis sue tibi reddunt vota sua
innumis eterno deo uiuis et uero **O** innumis





B.I.G.

Farbkarte #13

Μ Μ Α

ΣΑΜΙΥ.
Μ ΙΝ Α-
ΛΙΑ,

ΟΦΑΝΙΩΝ.



ΑΔΙ,
ΟΒΙ ΛΥCΙ,

XIII.

